ELEGIA III.

Testimonium R. P. Adami Carthusiani de pacis remediis.

VT sis pacis amans, ne absenti detrahe fratri:
Sæpe voluntatem posthabeasque tuam.
Vt potes auxilium, fer egenti: suauia fare:
Ne, quo aliam offendas, effluat ore tuo.
Sic tibi concilias hostes, sic addis amicos:
Frons hilaris donum gratius omne facit.
Dissimulata piam retinetne iniuria pacem?
Amissam recipit, qui meminisse negat?
Denique commissæ in fratrem confessio noxæ,
Segniter & venia haud, cum petit, inde data?
Erga subiectum pacem prudenter habebis,
Si quæ eius corpus, mensque requirit, agas.
Et si in mandando moderatus es atque vetando,
Difficile vt factu non siet omne iugum.
Si subiectus eris, ne cuiquam forte resistas:
Promptus obedi ipsis; & reuerere humilis,